

aliud nomen adepti apud Græcos ut Λόπης dicatur αὶ πὸ τοῦ λόπου. Pollux l. 5. Léporem latinè non quasi levipedem, ut L. Aelius & Cicero in Arato. Isiodo. l. 12. Orig. cap. 1. sed quasi levipotem, ab agilitatis pedum levium famulatu, prout Martiporem, Publiporem, Quintiporem appellatum putat Camerarius prob. O. 5. c. 2. Apud Hebreos Stephan occultationem significat: & locutio per Schin lepusculum, quod insitam huic animali pavitationem, si dicere concederetur, notat. Quia scilicet in cubilibus libentissimè delitescat. Apud eosdem leporis sub fœmineo genere uterque sexus comprehenditur: propterea quod mas non repetiatut, aut quod mas convertatur in fœminam & contra, ut falso putarunt cum vulgo Rabini Aben Esta & Salomon in Leviticum. Λάγη lepusculus diminutivum Cicero l. 1. de natur. deo. ubi disputat non solum credendum est id, quod attingimus & videmus, utitur hac voce. Si Scyphi natus essem, nec unquam egressus ex insula, in qua lepusculos, vulpeculas, saepe vidisses: non crederes pantheras & leones esse. Δασύποδαι alii leporem vertunt, alii cuniculum. Daleincam. l. 9. in Athen. Cuniculi ab eo dicti sunt, quod sub terra cuniculos facere soleant, ubi lateant in agris Varr. l. 3. de rust. c. 12. Plinius saepius dasypoda à lepore distinguit. Aristoteles confundit ut & Julius Pollux,

Latina.

Hebreæ.

Genus Græ-
massicum.Diminuti-
vum.

CAPUT IX.

Descriptio formæ.

Caput agile habet, breve, rotundum, hirsutum, non rigidum, longitudinem idoneam, scapulas rectas, desuper non aptas. Crura in seipsis gracilia, solida: pectus non angustutus, latera tenua, habilia: spinam teretem, alvum carnosam: illa tenera, calva laterum idonea, clunes obesas, undiq; plenas, congruo interstitio. Pedes breves, non æqualia crura: posteriora n. prioribus multum longiora, parumq; procurva. Fœmina longa, denta; musculos exteriores intensos, interius non tuberosos: internodia longa, nervosa: pedes anteriores summè flexiles, angustos, rectos:

D